



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De die, quo conceditur Capellano vacatio, & obiter de vacatione diei Iovis  
Sancti, & Sabbati sequentis §. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

Missis per annum, in quibus Oratio  
est semper universalis pro omnibus  
Fidelibus.

Ad Quartam, Ecclesiam id qui-  
dem intendere ut consilium, non ut  
præceptum.

Ad quintam, voluisse, non obli-  
gasse.

## §. II.

*De die, quo conceditur Capellano va-  
catio, & obiter de Vacatione Diei  
Iovis Sancti. & Sabbati se-  
quentis.*

**I.** **E**O die, quo ut dictum est, li-  
cet à quotidiana Missa vacare  
Capellano, cum non obligetur va-  
care, sed solum concedatur cessandi  
facultas, quaeri potest, an si tunc ce-  
lebret, possit illam Missam, pro se,  
vel pro alio applicare?

Respondeo, non posse *a* (nisi for-

Z z te

*a Tamb. de jure Abb. t. 2. d. 5. q. 9.  
num. 15.*

re aliquando utatur concessione, quater, vel series in anno, data n. 8. quam concessionem cum hac præfenti quaestione non legitimè confundit Peyrinus) <sup>a</sup> sed posito, quod celebret, pro Fundatore celebrare debere. Ratio est, inquit Bonacina <sup>b</sup> quia tunc non vacaret ob honestatem, & reverentiam Sacrificii, sed ob avaritiam accipiendo duas elemosynas, alteram, qua ut Capellanus fruitur, alteram, quam nunc recipit.

2. Verum hæc ratio non est saltem universalis, nam posset pro se, vel pro alio liberaliter celebrare, Ratio igitur universalior esse potest, quia sicuti v. g. Dominus vineæ, si ea nullum fructum seu modicum producit; nullo, vel modico fruatur, si vero uberimum, illo integro non est defraudandus: ita, cum omnes Missæ Capellani, sint Funda-

<sup>a</sup> Peyr. t. 3. in Addit. c. 1. n. 23.

<sup>b</sup> Bonac. disp. de Euch. 4. q. ult. p. 7. §. 2. n. 16.

Fundatoris, illique omnes debeantur; posito quod celebrantur, Fundatoris esse, non alterius, debent.

3. Confirmatur ex quadam doctrina Joannis Delugo, *a* qui quaerit, an Capellanus, qui obligatur omnibus feriis quintis, sextis, & Sabbatis totius anni celebrare possit, vel debeat feria quinta Iovis Sancti, & sequente Sabbato celebrare? Feria enim sexta non posse vidimus suo loco, *a* Respondetque non obligari, immo nec teneri deinde in alia hebdomada supplere, quia scilicet potest se conformare Ecclesiae, eo die cessantis à Sacrificiis privatis, nec praesumendum est Fundatorem contrarium voluisse; addit nihilominus posse quidem celebrare, sed debere applicare, juxta intentionem Fundatoris, atque adeo nec sibi, nec aliis

Z z 2      posse

*a* Delugo *diss. de Euchar. 21. sect. 2.*

*num. 40.*

*b* *Supra l. 1. c. 6. §. 1. n. 1.*

posse eas Missas quamvis voluntarie dictas applicare. Hæc Delugo, qui hujus ultimi dicti rationem non tradit; verum illa est quam nos, precedente ex paritate domini fundi breviter, deduximus.

4. Pro illis sex Missis in anno quas Capellano concessimus §. precedente num. 8. potestne, quando pro aliis applicat, sumere stipendium? Respondeo, mihi videri non posse, quia contra hæc Decreta Sacre Congregationis sumeret pro eadem Missa duo stipendia, & hic valere rationem Bonacinae n. 2, allatam fateor.

§. III.

*An celebrans aliis, quàm designatis diebus, satisfaciat.*

pr. **S**I quis obligetur celebrare v. g. feria quarta, sexta & Sab-  
bato totius anni, ipse celebret feria  
secundæ